atra bile non procul abest; neque vero alterum  
eorum emerim equidem. MERC. Neque igitur  
hi vendi poterunt. IV P. Praedica alium.

15. MERC.

9. Γρίφες συντιθεῖς] Grifhi, quos memiorat,  
ab aenigmatis non multum differunt, nisi  
quod doctrinam et eruditionem requirunt  
maiorem. De quibus lege, quae *Athenacius*  
scripsit L. X. et *Casauboni* obseruationes  
ad eiusdem libri c. I. du Soul.

10. ἡβηδόν] Suidas reddit ἀθρέον i. e. con-  
fertim, sine discrimine. Leedes.

ΕΡΜ. Βάλει τὸν Ἀθηναῖον ἐκεῖνον, τὸν σωμύλον; ΖΕΤΣ. Πάνυ μὲν ἔν. ΕΡΜ. Δεῦρ  
ἔλθε τύ. Βίον ἀγαθὸν, καὶ συνετὸν ἀπόκηρύτομεν. τίς ὠνεῖται τὸν ιερώτατον; ΑΓΟ. Εἰστέ μοι, τί μάλιστα εἰδὼς τυγχάνεις; ΣΩΚ.  
Παιδερασῆς είμι, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά. ΑΓΟ.  
Πῶς ἔν τὸν πρώτατον τε; παιδαγωγὸς γὰρ ἐδεόμην, τῷ παιδὶ καλῷ ὅντι μοι. ΣΩΚ. Τίς δὲ  
ἄν επιτηδειότερος ἐμὲ γένοιτο συνεῖται καλῶς;  
καὶ γὰρ εἰ τῶν σωμάτων ἐρασής είμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγεμονίαν καλήν. ἀμέλει II), καὶ ὑπὲτε  
ταῦτὸν

15. MERC. Vis Atheniensem illum, loquaculum? IV P. Ego vero volo. MERC.  
Huc tu transi. Vitam bonam et prudentem  
praedicamus. Quis emit sanctissimum? EM T.  
Dic mihi, quid maxime nosti? SOC R.  
Puerorum amator sum, et doctus artes amatorias. EM T.  
Quomodo igitur ego emam  
te? Paedagogo enim opus habebam pro puer  
ro quem pulchrum habeo. SOC R. Equis  
vero aptior me sit contubernialis pulchri?  
Neque enim corporum amator ego, animam  
pulchram iudico. Noli laborare si vel sub  
T 2 eadem.

II. [Αμέλει] Hic retinere vim suam potest  
verbum ἀμέλει, quod alias interiectione,  
aut adverbio *nded*, apud Latinos permata-  
dum est. Geyser.

ταῦτὸν ἴματιόν μοι κατακέωνται, ἀκάση αὐτῶν λεγόντων μηδὲν ὑπ' ἐμῷ δεινὸν παθεῖν. ΑΓΟ. Ἀπιστα λέγεις, τὸ παιδεραστὴν ὄντα, μὴ πέρι τῆς ψυχῆς τι πολυπραγμονεῖν· καὶ ταῦτα, ὑπ' ἔξασίας, ἐν τῷ αὐτῷ ἴματιώ κατακείμενυ.

ΣΩΚ. Καὶ μὴν ὅμινό ρέ σοι τὸν κύνα, καὶ τὴν πλάτανον ἔτω ταῦτ' ἔχειν. ΑΓΟ. Ἡράκλεις τῆς ἀτοπίας τῶν Θεῶν. ΣΩΚ. Τί σὺ λέγεις; & δοκεῖ σοι ὁ κύων εἶναι θεός; ἐχ ὁρᾶς τὸν Ἀνεβόν ἐν Αἰγύπτῳ ὥστος· καὶ τὸν ἐν ἐρανῷ Σείριον, καὶ τὸν παρὰ τοῖς κάτω Κέρβερον;

ΑΓΟ. Εὗ λέγεις, ἐγὼ δὲ διημάρτανον. ἀλλὰ τίνα βιοῖς τὸν τρόπον; ΣΩΚ. Οἴκῳ μὲν ἐμαυ-

*eadem veste mecum pernoctarint, audias dicentes, nulla se iniuria a me affectos. E M T. Supra fidem sunt quae dicis: amatorem ultra animalium nihil nugarum tentare, idque ubi plena eius rei sit facultas sub eadem veste iacenti.*

16. S O C R. At ego canem tibi iuro et planum, haec ita se habere. E M T. Hercules! quam absurdi sunt isti Dii. S O C R. Quid ais? Nonne canis Deus tibi videtur? Anubin non vides quantus ille sit in Aegypto? et illum in Coelo Sirium? et Cerberum illum apud Inferos?

17. E M T. Reete dicis. errabam equidem. Sed quā ratione viuis? S O C R. Ciuitatem incolo

έμαυτῷ τίνα πόλιν ἀναπλάσας, χρῶμαν δὲ πολιτείᾳ ξένη, καὶ νόμους νομίζω τὰς ἑμές. ΑΓΟ. Ἐν ἐβελόμην ἀκέσαμ τῶν δογμάτων. ΣΩΚ. Ἀκες δὴ τὸ μέσιγον, ὃ περὶ τῶν γυναικῶν μοι δοκεῖ· δοκεῖ μηδεμίαν αὐτῶν, μηδενὸς εἶναι μόνα, παντὶ δὲ μέτειναι τῷ βελομένῳ τῇ γάμῳ. ΑΓΟ. Τί τέτο Φήσ; ἀνηρῆσθα τὰς περὶ μοιχείας νόμους; ΣΩΚ. Νὴ Δία, καὶ ἀπλῶς γε πᾶσαν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα μικρολογίαν. ΑΓΟ. Τί δὲ περὶ τῶν ἐν ὥρᾳ παιδῶν σοι δοκεῖ; ΣΩΚ. Καὶ ἔτοι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἀθλον Φιλῆσαμ, λαμπρὸν τι καὶ νεανικὸν ἐργασταμένοις.

ΑΓΟ. Βαβαὶ τῆς Φιλοδωρίας. τῆς δὲ σοφίας, τί σοι τὸ κεφάλχιον; ΣΩΚ. Αἱ ιδέαι, καὶ

incolò quam ipse mihi formaui, republica ut oracula, et meas ipse mihi leges fero. E M T. Vnum velim audire decretorum tuorum. SOCR. Audi ergo maximum, quod de mulieribus statui. Placet, nullam earum vnius cuiusquam esse, sed in partem nuptiarum venire quisquis voluerit. EMT. Quid ais? sublatas abrogatasque de adulterio leges? SOCR. Ita per Iouem, et omnem simpliciter circa talia minutam illam diligentiam. E M T. De pueris vero aetate et forma florentibus quid statuis? SOCR. Et hi erunt praemium fortissimis, qui amore illorum potiantur, quoties splendidum et audax facinus ediderint.

18. E M T. Hem magnificentiam! Sapientiae quod tibi caput est? SOCR. Formae et

καὶ τὰ τῶν ὄντων παρεδείγματα. ὅπόσαι γάρ  
δὴ ὁρᾶς, τὴν γῆν, τὰπὶ γῆς, τὸν ἔργον, τὴν  
θάλατταν, ἀπάντων τάτων εἰκόνας ἀφανεῖς  
ἔξασιν ἔξω τῶν ὄλων. ΑΓΟ. Πέρ δὲ ἕξασιν;  
ΣΩΚ. Οὐδαμοῦ, εἰ γάρ πα εἴν, μηδὲν εἴεν.  
ΑΓΟ. Οὐχ ὁρῶ ταῦθ', ἀπερ λέγεις τὰ παρα-  
δείγματα. ΣΩΚ. Εἰνότως. τυφλὸς γάρ εἰ  
τῆς ψυχῆς τὸν ὄφθαλμόν. ἐγὼ δὲ, πάντων  
ὁρῶ εἰκόνας, καὶ σὲ ἀφανῆ, καὶ μὲν ἄλλον, καὶ  
ὄλως, διπλῶ πάντα. ΑΓΟ. Ταγῳρένων ὀνη-  
τέος εἰ, εοφίς, καὶ δέξιαδεκτής τις ὡν. Φέρε ἴδω  
τί καὶ πράξεις μις ὑπέρ αὐτῶ σύ. ΕΡΜ. Δός  
δύο τάλαντα. ΑΓΟ. Ωμησάμην ἃς φῆς.  
τάργυριον μέν τοι εἰς αὐτοῖς καταβελῶ.

ΕΡΜ.

exempla rerum. Quidquid enim vides, terram,  
terrestria, coelum, mare: horum omnium, ima-  
gines quaedam, visum effugientes, stant extra  
hoc vniuersum. EMT. Vbi stant igitur? SOCR.  
Nusquam, si enim in loco aliquo essent, plane  
non essent. EMT. Non video ea quae narras  
exempla. SOCR. Neque id mirum. Caecus enim  
es mentis quidem oculo. At ego omnium vi-  
deo imagines, et te quemdam alium corporis  
oculos fugientem, et me, et prorsus duplia  
omnia. EMT. Ergo emendus es, ita sapiens et  
visu ita acuto praeditus. Age videam, quid pro il-  
lo a me exigis? MERC. Dabis talenta duo. EMT.  
Emi quanti dicas. Pecuniam vero deinde soluam.

19. MERC.

ΕΡΜ. Τί ἐν σαι τάγμα; ΑΓΟ. Δίων Συριακόσιος. ΕΡΜ. "Αγε λαβών ἀγαθῆ τύχη τὸν Ἐπικάρειον σὲ ἡδη καλῶ. τίς αἰνεῖται τῆτον; ἔσι μὲν τῇ γελῶντος ἐκείνῳ μαθητής, καὶ τῇ μεθύοντος, ὃς μικρῷ πρόσθεν ἀπειηρύττομεν. ἐκ δὲ πλέον οἶδεν αὐτῶν, παρόστον ἀσεβέστερος τυγχάνει· τὰ δ' ἄλλα, ἡδὺς, καὶ λιχνείᾳ Φίλος. ΑΓΩ. Τίς ή τιμή; ΕΡΜ. Δύο μναῖ. ΑΓΩ. Λάμβανε· τὸ δεῖνα δὲ 12) ὥπως ἴδω, τίσι χαιρεῖ τῶν ἐδεσμάτων; ΕΡΜ. Τὰ γλυκέα σιτεῖται, καὶ μελιτώδη, καὶ μάλιστα τὰς  
ισχά-

19. MERC. Quod tibi nomen? EMT.  
Dio Syracusanus. MERC. Habe tibi et duc,  
quod bene vertat! Te iam Epicureum voco.  
Quis hunc emet? Est quidem ridentis illius di-  
scipulus, et ebrii alterius, quos paullo ante  
praeconio vendebamus. Vnum autem amplius  
nouit illis, quatenus magis est impius. Caete-  
rum suavis est, et gulæ amicus. EMT. Quod  
pretium? MERC. Duae minae. EMT. En-  
tibi illas. Hoc vero fac ut sciām, quibus  
gaudet cibis? MERC. Dulcibus vescitur et  
mellis saporem habentibus, maxime fiçibus.

T 4 EMT.

12. Τὸ δεῖνα δὲ] Hanc vel similem senten-  
tiam hic postulari video. verba τὸ δεῖνα δὲ  
quid sibi velint, nondum plane adsequor.  
An τόδι εἰπὲ ὥπως εἰδὼ, hoc dic ut sciām.  
Gesner.

ἰσχάδιας. ΑΓΟ. Χαλεπὸν μὲν ἔδει. ὡνήσομαι γὰρ αὐτῷ παλάθας τῶν καρικῶν.

ΖΕΤΣ. Ἀλλον κάλει, τὸν ἐν χρῶι καρίας ἐπινον, τὸν σινθρωπὸν, τὸν ἀπὸ τῆς γοᾶς. ΕΡΜ. Εὗ λέγεις· ἐοίκασι δ' ἐν πολύ τι πληθυσ αὐτὸν περιμένειν τῶν περὶ τὴν ἀγορὰν ἀπηντηκότων· αὐτὴν τὴν ἀρετὴν πωλῶ, τὸν βίον τὸν τελείστατον. τίς πάντα μόνος εἰδέναι θέλει; ΑΓΟ. Πῶς τέτο Φής; ΕΡΜ. "Οτι μόνος ἔτος σεΦὸς, μόνος καλὸς, μόνος δίκαιος, ἀνδρεῖος, Βασιλεὺς, φήτωρ, πλέσιος, νομοθέτης, καὶ τἄλλα, ὅποσα ἔσιν. ΑΓΟ. Οὐκέν, ὡς γαθὲ, καὶ μάγειρος μόνος; καὶ νὴ Δία γε σιντοδέψης, καὶ τέκτων, καὶ τὰ τοιαῦτα. ΕΡΜ. "Εοικεν.

ΑΓΟ.

ΕΜΤ. Haec res difficultatem non habet. Emam viro massas caricarum.

20. IVP. Alium voca; illum ad cutem rasum, tristem illum de portici. MERC. Bene mones, videntur sane multi eum expectare eorum, qui ad forum venerunt. Ipsam virtutem vendo, vitam perfectissimam: quis omnia solus scire cupit? EMT. Quorsum illud dicis? MERC. Nempe solus hic sapiens, solus pulcher, solus iustus, fortis, rex, rhetor, diues, legislator, et quotquot sunt reliqua. EMT. Ergo bone vir, coquus etiam bonus et medius fidius cerdo, et faber, et id genus. MERC. Sic videtur.

21. EMT.

ΑΓΟ. Ἐλθὲ, ὡς γαθὲ, καὶ λέγε πρὸς τὸν ὀνητὴν ἐμὲ ποιός τις εἰ, καὶ πρῶτον εἰ φίλος αὐτῷ πιπρασκόμενος καὶ δεῖλος ὁν; ΧΡΤΣ. Οὐδαμῶς. ότι γὰρ ἐφ' ἡμῖν ταῦτα ἔσιν. ὅσα δὲ ἀπὸ ἐφ' ἡμῖν, ἀδιάφορα εἶναι συμβεβηκεν. ΑΓΟ. Οὐ μανθάνω ἢ λέγεις. ΧΡΤΣ. Τί Φῆς; οὐ μανθάνεις, ὅτι τῶν τοιέπων τὰ μέν ἔσι προηγμένα (3), τὰδὲ ἐμπαλιν ἀποπροηγμένα; ΑΓΟ. Οὐδὲ τοῦν μανθάνω. ΧΡΤΣ. Εἰκότως. ότι γὰρ εἴ συνήθης τοῖς ἡμετέροις ὄντασιν, ἀδὲ κατα-

ληπτι-

21. EMT. Huc prodi, bone vir, et dic mihi te emturo, quid hominis sis? et primum, an non aegre feras, te vendi et seruum esse? CHRYS. Nequaquam; haec enim in nostra potestate non sunt. Quaecunque vero in potestate nostra non sunt, ea indifferentia esse contingit. EMT. Non intelligo quid dicas. CHRYS. Quid ais? intelligere te negas, talium quaedam esse praeposita, alia reiectanea. EMT. Ne nunc quidem intelligo. CHRYS. Nec mirum, qui non adsuetus sis nostris nominibus, neque facultate

T 5

13. Τὰ μέν ἔσι προηγμένα] Stoicus, ex suaē familiae disciplina diuidit bona inter προηγμένα, et ἀποπροηγμένα προηγμένα Cicero vertit producta, quae aliis in eligendo praeferuntur: ἀποπροηγμένα interpretatur reicta, quae nulla aestimatione digna sint. Graeu.

ληπτοῦν Φαντασίαν ἔχεις· ὁ δὲ θπεδαις ὁ τὴν λογικὴν θεωρίαν ἐκμαθὼν, & μόνον ταῦτα οἶδεν, ἀλλὰ καὶ σύμβαμα, καὶ παρασύμβαμα, ὅποιων καὶ ὄποσων ἀλλήλων διαφέρει. ΑΓΟ. Πρὸς τῆς Φιλοσοφίας, μὴ Φθονῆσῃς καν τότο εἰπεῖν ὅ, τι σύμβαμα, καὶ τί παρασύμβαμα, καὶ γάρ τοι οὐδὲ ὅπως ἐπλήγην ὑπὲ τῷ βυθῷ τῶν ὄνομάτων. ΧΡΤΣ. Ἀλλ' ἐδεῖς Φθόνος. ήν γάρ τις χωλὸς ὡν, αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ χωλῷ πεδὶ προσπταίσας λίθῳ, τραῦμα ἔξ αὐτοῦ λάβη, ὃ τοιότας εἶχε μὲν δή περ σύμβαμα τὴν χωλείαν, τὸ τραῦμα δὲ, παρασύμβαμα 14) προσέλαβεν.

ΑΓΟ.

facultate gaudeas facile percipiendi rerum imagines. Sed studiosus, qui rationalem inspectionem perdidicis, non haec modo nouit, verum etiam symbama et parasympama, (*Accidens et Praeteraccidens*) qualibus et quantis rebus inter se differant. ΕΜΤ. Per Philosophiam, ne inuidias mihi vel hoc dicere, quid rei symbama sit, et quid Parasympama. Nescio enim quomodo ferauit aures ipse numerus horum nominum, et *concinnitas*. ΧΡΥΣ. Nulla vero est inuidia, si quis enī claudus cum sit, illo ipso clando pede offendens ad lapidem, vulnus ex improviso accipiat, ille habuit symbama claudicationem, vulnus autem illud, vt parasympama, insuper nactus est.

22. ΕΜΤ.

14. Παρασύμβαμα] Iudit festiuus scurra in detor-

ΑΓΟ. Ω τῆς ἀγγειοίας· τίδ' ἄλλα μάλιστα  
Φήσ εἰδέσται; ΧΡΤΣ. Τῶν λόγων πλειτάνας,  
αἵ συμπαδίζω τὰς πρεσομιλεῖντας, καὶ ἀπο-  
Φρέσττω, καὶ σιωπῆν ποιῶ, Φιμὸν ἀτεχνῶς  
αὐτοῖς περιτιθείς. οἷονα δὲ τῇ δυνάμει ταῦ-

τη,

22. EMT. Hem solertia! Quid vero am-  
plius te nosse ais? CHRYS. Verborum la-  
queos, quibus impedita, qui mecum loquun-  
tur, quos obturato ore, et freno iniecto, pla-  
ne ad silentium redigo. Nomen huic facultati  
decan.

detorquenda significatione vocum, quae ad Grammaticam vel Dialecticam pertinent, quam discas optime ex Apollonio Synt. lib. I. p. 36, 14. et lib. 3. p. 295. Verbo, σύμβαμα est praedicatum casti recta additum, ut in hac propositione, Τεύφων πε-  
ριπατῶ. Sed παρασύμβαμα praedicatum casui obliquo additum, ut in hac, μετα-  
μέλει Σωκράτει. Hic igitur σύμβαμα con-  
gruitatem notat: παρασύμβαμα autem, cum ab ea aliquantulum receditur. Verum Lu-  
cianus ad verbum σύμβαμα vocat *accidens*, et παρασύμβαμα *nonum accidens*, quod su-  
peruenit illi veteri ac priori, idque ridicu-  
lo exemplo declarat. Potest ipsa ambigu-  
tas Latinis appellacionibus vix ac ne vix  
quidem explicari, quod σύμβαντι tum *una*  
*ire*, *congruere*, significat, tum *accidere* et  
*contingere*. Gesner.

τη, ὁ ἀοιδίμος συλλογισμός. ΑΓΟ. Ἡράκλεις,  
ἀμαχὸν τινα, καὶ βίχιεν λέγεις. ΧΡΤΣ. Σιό-  
πει γέν· εἶσι σοι παιδίον; ΑΓΟ. Τί μήν;  
ΧΡΤΣ. Τέτο ἦν πως ορειάδειλος ἀρπάσῃ,  
πλησίον ποταμῷ πλαζόμενον εύρων, κατὰ σοι  
ἀποδώσειν ὑπισχνεῖται αὐτὸ, ἦν εἰπης τάλη-  
θες ἔ, τι δέδοκται περὶ τῆς ἀποδόσεως τῇ Βρέ-  
Φες, τί Φήσεις αὐτὸν ἔγνωινεν; ΑΓΟ. Δυσ-  
απόκριτον ἐρωτᾶς. ἀπορῶ γὰρ ὅπότερον εἴ-  
πων ἀπολάβοιμι. ἀλλὰ σὺ πρὸς Διὸς ἀποκρι-  
νάμενος, ἀνάσωσά μοι τὸ παιδίον, μὴ καὶ Φθά-  
σῃ αὐτὸ καταπιών. ΧΡΤΣ. Θέρρει. καὶ ἄλ-  
λα γάρ σε διδάξομαι θαυμασιώτερα. ΑΓΟ.

Tā

decantatus ille syllogismus. E M T. Inexpu-  
gnabilem mihi et violentum narras. C H R Y S.  
Attendit igitur. Estne tibi puer? E M T.  
Quid tum? C H R Y S. Si hunc forte Cro-  
codilus ad flumen oberrantem rapiat, ac de-  
inde redditurum se tibi polliceatur, ea lege,  
si vetum dicas, quid statuerit ipse de reddendo  
puero: quid dices illum decreuisse? E M T.  
Rogas, ad quod respondere, admodum sit diffi-  
cile. Anceps enim haereo, quo responso réci-  
pere illum possim. Sed tu per Iouem-responso  
tuo serua mihi puerum, ne, antequam ego respon-  
deam, illum deuoret. C H R Y S. Bono sis animo.  
Nam et alia te docebo etiam admirabiliora? E M T.  
Quae-

Τὰ ποῖα; ΧΡΤΣ. Τὸν θερίζοντα, καὶ τὸν κυριεύοντα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν Ἡλέκτραν, καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον. ΑΓΟ. Τίνα τῦτον τὸν ἐγκεκαλυμμένον, ἢ τίνα τὴν Ἡλέκτραν λέγεις; ΧΡΤΣ. Ἡλέκτραν μὲν ἔνεινην τὴν πάνυ, τὴν Ἀγαμέμνονες, ἢ τὰ αὐτὰ οἰδέ τε ἄμα, καὶ ἐκ οἴδε. παρεῖσθωτος γάρ αὐτῇ τῷ Ὁρέσῃ ἔτι ἀγνῶτος, οἴδε μὲν Ὁρέσην, ὅτι ἀδελφὸς αὐτῆς· ὅτι δὲ ἔτος Ὁρέσης, ἀγνοεῖ. τὸν δ' αὖ ἐγκεκαλυμμένον, καὶ πάνυ θαυμασὸν ἀκάση λόγου· ἀπόκριναι γάρ μοι, τὸν πατέρα σίσθα τὸν σεαυτῷ; ΑΓΟ. Ναί. ΧΡΤΣ. Τί όν; ἦν σοι παρασήσας τινὰ ἐγκεκαλυμμένον, ἔρωμαι, τῦτον οἰσθα, τί Φήσεις; ΑΓΟ. Δηλαδὴ ἀγνοεῖν.

ΧΡΤΣ.

Quaenam! CHRYS. Metentem syllogismum, et dominantem, et super omnia Electram et Operatum. EMT. Quem tu mihi Operum, quam Electram narras? CHRYS. Electram intelligo nobilissimam illam, Agamemnonis, quae eadem nouit simul et non nouit. Adstante enim apud illam Oreste nondum agnito, nouit illa quidem, Orestem esse fratrem suum, huncce hominem vero esse Orestem ignorat. Operum autem illum admirabilem sermonem iam statim audies. Etenim responde mihi, Patrem tuum nosti? EMT. Sane quām. CHR. Quid igitur, si quempiam hominem operum adstare iubeam, teque interrogem, huncce nōsti? Quid dices? EMT. Scilicet me non nōsse.

23. CHRYS.

ΧΡΤΣ. Ἀλλὰ μὴν αὐτὸς ἔτος ἦν ὁ πατήρ  
ἡ σός. ὡς εἰ τάτου ἀγνοεῖς, δῆλος εἰ τὸν πα-  
τέρα τὸν σὸν ἀγνοῶν. ΑΓΟ. Οὕμεννυν· ἀλλ'  
ἀποκαλύψας αὐτὸν εἴσομαι τὴν ἀλήθειαν. ὅμως  
δ' ἐν τί σοι τῆς σοφίας τὸ τέλος, η τί πρό-  
ξεις πρὸς τὸ ἀρρότατον τῆς ἀρετῆς ἀφικόμενος;  
ΧΡΤΣ. Περὶ τὰ πρώτα κατὰ Φύσιν καταγε-  
νήσομαι. λέγω δὲ πλέον, ὑγείαν, καὶ τὰ  
τοιαῦτα. πρότερον δὲ ἀνάγκη πολλὰ προπονῆ-  
σαι, λεπτογράφοις βιβλίοις παραθέσοντα τὴν  
ὅψιν Ι5), καὶ σχόλια συναγείροντα, καὶ σο-  
λοκισμῶν ἐμπιπλάμενον, καὶ αὐτόπτων ἁγμά-  
των.

23. C H R Y S. Verum enim vero ille ipse  
erat pater tuus. Hunc igitur si non nouisti, ma-  
nifestum est, patrem tuum te non nosse. EMT.  
At ego retecto illo verum sciam. Attamen quis  
tibi finis sapientiae, aut quid facies cum ad fa-  
stigium virtutis delatus fueris? C H R Y S.  
In primis naturae morabor, diuītias dico, sa-  
nitatem, et similia. Opus vero est multa  
ante laborare, libris minute scriptis adhi-  
bere faciem, commentarios congerere, so-  
loecismis impleri, absurdisque vocibus: et  
quod

15. "Οψιν] Non vult puto simpliciter admo-  
ueri oculos, sed propter litterarum tenui-  
tatem prope faciem applicari, quae rea  
myopas deinde efficit. Gesner.

τῶν. οὐδὲ τὸ κεφάλαιον, ἐθέμις γενέσθαι σον.  
Φὸν, ην μὴ τρίς ἐφεξῆς τῷ ἐλλέβόρῳ πίησαι  
ΑΓΟ. Γειναιά σκα ταῦτα, οὐδὲ δεινῶς ἀνδρικά.  
τὸ δὲ γνιφωνα 16) εἶναι, οὐδὲ τοκογλύφον.(οὐδὲ  
γὰρ τὰδε ὅρῳ σοι προσόντα) τί φάμεν, ἀνδρὶς  
ηδη πεπωιότος τὸν ἐλλέβορον, οὐδὲ τελεῖς πρὸς  
ἀρετὴν; ΧΡΤΣ. Ναί. μόνῳ δὲν τὸ δανείζειν  
πρέποι εὐ τῷ σοφῷ. ἐπεὶ γὰρ ἕδιον αὐτῷ συλλογίζεσθαι,  
τὸ δανείζειν δὲ, οὐδὲ λογίζεσθαι

τὰς

quod caput rei est, fas non est sapientem fieri,  
nisi ter deinceps helleborum biberis. E M T.  
Generose ista et plane viriliter. Sed Gniphonem  
sordidum esse, et foeneratorem improbum,  
(nam haec quoque tibi inesse video:) haecne  
et ipsa dicemus esse viri helleboro purgati et  
perfici ad virtutem? C H R Y S. Ita sane;  
solum igitur sapientem foenerari deceat. Cum  
enim proprium illius sit colligere; (syllogi-  
smos facere;) foenerari autem et computare  
vsuras,

16. Γνιφωνα] Parcum. E. G. Sed vellem  
auctoritatē indicasset, non enim inuenio  
vsquant, quare Cl. du Soul adsentior, no-  
men proprium inde facienti. Verum si  
anarum tantummodo significare necesse est,  
ut versiones habuere, σκνιφὸν potius le-  
gas, de qua voce vid. Kuster. ad Aristoph.  
Plut. 590. Reiz.

τὰς τόκες, πλησίον εἶναν δοκεῖ τὰ συδιογίζεσθαι, μόνα ἀν εἴη τὰ σπαδαίς καθάπερ ἔμενα, καὶ τῦτο. καὶ ς μόνον γε ἀπλῶς, ὡσπερ οἱ ἄλλοι, τὰς τόκες, ἄλλὰ καὶ τέτων ἐτέρχες τόκες λαμβάνειν. ἡ γὰρ ἀγνοεῖς, ὅτι τῶν τόκων οἱ μέν εἰσι πρῶτοι τίνες, οἱ δὲ δεύτεροι, καθάπερ αὐτῶν ἔκείνων ἀπόγονοι. ὁρᾶς δὲ δῆτα καὶ τὸν συδιογισμὸν ὃποιά Φησιν, εἰ τὸν πρῶτον τόκον λήψεται, καὶ τὸν δεύτερον. ἄλλῳ μὴν καὶ τὸν πρῶτον λήψεται, ἄρα καὶ τὸν δεύτερον.

ΑΓΟ. Οὐκέν καὶ μισθῶν πέρι τὰ αὐτὰ Φῶμεν, δις σὺ λαμβάνεις ἐπὶ τῇ σοφίᾳ παρὰ τῶν γένων, καὶ δῆλον ὅτι μόνος ὁ σπαδαῖος μισθὸν ἐπὶ

vsuras, vicinum videatur colligendi industriae: solius esse dixerim viri boni, quemadmodum illud, ita hoc etiam, et non simpliciter modo, ut reliqui solent vsuras, sed vsurarum quoque alias vsuras capere. An enim ignoras, vsurarum alias esse primas, alias secundas, illarum quasi filias. Vides vero scilicet syllogismū, quid dicat: si primas vsuras accipiet sapiens, etiam secundas. Atqui primas accipiet. Ergo etiam secundas.

24. E M T. Igitur de mercedibus eadem dicemus, quas sapientiae nomine tu sumis ab adolescentibus, manifestumque est solum virum bonum

ἐπὶ τῇ ἀρετῇ λήψέται; ΧΡΤΣ. Μανθάνεις.  
Ἐγαρέμαστε εἰνεκαλημβάνω, τῷ δὲ διδόντος  
αὐτῷ χάριν. ἐπεὶ γάρ εἶνι ὁ μέν τις ἐκχύτης,  
ὁ δὲ, περιεκτικὸς, ἐμαυτὸν μὲν ἀσκῶ εἴναι πε-  
ριεκτικὸν, τὸν δὲ μαθητὴν, ἐκχύτην. ΑΓΟ.  
Καὶ μὴν τάναυτίον ἔΦης, τὸν νέον μὲν εἶναι πε-  
ριεκτικὸν, σὲ δὲ τὸν μόνον πλάσιον, ἐκχύτην.  
ΧΡΤΣ. Σκώπτεις ὡς οὗτος· ἀλλ' ὅρα μή  
σε ἀποτοξεύσω ἀναποδείπτῳ συλλογημῷ.  
ΑΓΟ. Καὶ τί δεινὸν ἀπὸ τοῦ βέλους; ΧΡΤΣ.  
Ἄποφία, καὶ σιωπὴ, καὶ διασραφῆναι τὴν  
διάνοιαν.

“Ο δέ

num mercedem virtutis nomine capturum.  
CHRYST. Rem tenes; neque enim ego mea  
caussa capio, sed ipsius dantis. Cum enim aliis  
sit effusor (*effusus, prodigus*) alius comprehen-  
sor (*tenax, auarus*) ego quidem comprehensor  
esse meditor, discipulum autem studeo effuso-  
rem efficere. EMT. Quin contrarium dixisti;  
illud enim volebas, iuuenem quidem comprehen-  
sorem esse (*frugalem et parcum*) te vero,  
qui solus diues es, effusorem (*liberalem et  
magnificum.*) CHRYST. Rides tu quidem,  
sed vide ne syllogismo te indemonstrabili fe-  
riam. EMT. Et quid ab illo telo metuen-  
dum? CHRYST. Dubitatio et silentium, et  
mentis distractio.

‘Ο δὲ μέγισον, ήν ἐθέλω τάχισύ σε ἀποδεῖξω 16) λίθον. ΑΓΟ. Πῶς λίθον; καὶ γὰρ Περσεὺς, ὁ βέλτιστος, εἶναί μοι δοκεῖ. ΧΡΤΣ. ‘Ωδέπως. ὁ λίθος σῶμα ἔσι; ΑΓΟ. Ναι. ΧΡΤΣ. Τί δὲ, τὸ ζῶον, καὶ σῶμα; ΑΓΟ. Ναι. ΧΡΤΣ. Σὺ δὲ, ζῶον; ΑΓΟ. ‘Εοικε γάν. ΧΡΤΣ. Λίθος ἄρα εἰ, σῶμα ὅν. ΑΓΟ. Μηδαμῶς. ἀλλ’ ἀνάλυσόν με πρὸς τὴν Διὸς, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ποίησον ἀνθρώπον. ΧΡΤΣ. Οὐ χαλεπὸν, ἀλλ’ ἔμπαλιν ἴσθι ἀνθρώπος. εἰπὲ γάρ

25. Quod vero maximum si voluero; statim efficiam te lapidem. EMT. Quomodo lapidem? neque enim tu opinor, vir bone, Perleus es. CHRYS. Hac fere ratione. Lapisne corpus est? EMT. Est. CHRYS. Quid vero animal, nonne corpus? EMT. Est. CHRYS. Ta vero animal? CHRYS. Sic quidem videtur. CHRYS. Lapis ergo es, qui sis corpus. EMT. Nequaquam vero. Sed solue me per Iouem, et postliminio quasi me homini redde. CHRYS. Difficile non est. Sed rursus esto homo. Dic mihi,

17. ‘Αποδεῖξω] ‘Αποδεῖξω ambiguum est, cum non ad Dialecticam modo demonstrationem, sed etiam ad illud, quod re ipsa efficitur, pertineat. Conatus sum illam ambiguitatem vtcunque exprimere. Nam efficiam te esse lapidem, idem est quod demonstrabo. Gesner.

γάρ μοι, πᾶν σῶμα, ζῶσ; ΑΓΟ. Οὐ. ΧΡΤΣ.  
 Τί δὲ, λίθος ζῶον; ΑΓΟ. Οὐ. ΧΡΤΣ.  
 Σὺ δὲ σῶμα εἶ; ΑΓΟ. Ναί. ΧΡΤΣ. Σῶ-  
 μα δὲ ων, ζῶον εἶ; ΑΓΟ. Ναί. ΧΡΤΣ.  
 Οὐκ ἄρα λίθος εἰ ζῶόν γε ων. ΑΓΟ. Εὗτε  
 ἐποίησας, ως ἥδη με τὰ σκέλη καθάπερ τῆς  
 Νιόβης ἀπεψύχετο, καὶ πάγια ἦν· ἀλλὰ ωνή-  
 σομάγ γε σέ. πόσον ὑπὲρ αὐτῷ καταβαλῶ;  
 ΕΡΜ. Μνᾶς δώδεκα. ΑΓΟ. Λάμβανε. ΕΡΜ.  
 Μόνος δ' αὐτὸν ἔωνησαμ; ΑΓΟ. Μὰ Δι',  
 ἀλλ' ἔτοι πάντες, οὓς ὅρας. ΕΡΜ. Ποιῶσι  
 γε, καὶ τὰς ωμους καρτεροῖ, καὶ τοῦ θερίζον-  
 τος λόγου ἀξιοῖ.

## ΖΕΤΣ.

mihi, Omne corpus animal? E M T. Non.  
 C H R Y S. Quid vero lapis; num animal?  
 E M T. Non. C H R Y S. Tu vero Corpus?  
 E M T. Nempe. C H R Y S. Corpus vero cum  
 sis, animal es? E M T. Sane. C H R Y S. Nec  
 igitur lapis es, qui sis animal. E M T. Bene  
 abs te factum. Iam enim crura mihi, ut olim  
 Niobes, spiritu vitali exeunte, diriguerant.  
 Verum emam te. Quantum pro illo numera-  
 ri iubes? MERC. Minas duodecim. E M T.  
 Hem cape. MERC. Solus vero illum emi-  
 sti? E M T. Non Hercle, sed hi quos vi-  
 des, vniuersi. MERC. Multi quidem et  
 robusti humeros et ratione illa messoria digni.

ΖΕΤΣ. Μὴ διάτριβε· ἄλλον κάλει. ΕΡΜ.  
 Τὸν Περιπατητικὸν σε Φημὶ, τὸν καλὸν, τὸν  
 πλέστιον. ἄγε δὴ, ωνήσασθε τὸν συνετώτα-  
 τον, τὸν πάντα σλως ἐπιτιάμενον. ΑΓΟ. Ποῖος  
 δέ τις ἔστι; ΕΡΜ. Μέτριος, ἐπιβικῆς, ἀρμό-  
 δίος τῷ βίῳ, τὸ δὲ μέγισον, διπλᾶς. ΑΓΟ.  
 Πῶς λέγεις;; ΕΡΜ. "Ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν Φαι-  
 νόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔντοσθεν εἶναι δοκεῖ" ὥστε  
 ἢν πρίη αὐτὸν, μέμνησο, τὸν μὲν, ἐξωτερικὸν,  
 τὸν δὲ, ἐξωτερικὸν καλεῖν. ΑΓΟ. Τί δὲ γι-  
 γνώσκει μάλιστα; ΕΡΜ. Τρία εἶναι τὰ ἀγα-  
 θὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοῖς ἔκτος. ΑΓΟ.  
 "Ανθρώπινα Φρονεῖ. πόσα δέ ἔσιν; ΕΡΜ. Εἴ-  
 κοσι μνῶν. ΑΓΟ. Πολὺ λέγεις. ΕΡΜ. Οὐκ  
 ὡς μα-

26. I V P. *Noli tempus terere, voca alium.*  
 M E R C. Peripateticum te iam dico, pulchrum,  
 diuitem. Agite, emite prudentissimum, sci-  
 entem in vniuersum omnia. E M T. Qualis  
 est? M E R C. Mediocris, aequus, vitae aptus,  
 et, quod maximum est, duplex. E M T. Quid  
 ais? M E R C. Alius est, qui extra appa-  
 ret, intus autem videtur alius. Itaque si illum  
 emeris, memento illum quidem interiorem,  
 exteriorem vocare alterum. E M T. Quid  
 maxime statuit? M E R C. Tria esse bona,  
 in anima, in corpore, in rebus externis. EMT.  
 Humanum sapit. Quanti vero est? MERC. Virgin-  
 ti minarum. EMT. Multum dicis. MERC. Non,  
 o bo-

ῶ μακάριες· καὶ γὰρ αὐτὸς ἔχειν τι ἀργύριον δοκεῖ. ὡςε αὖτις ἐν Φθένοις ὠνούμενος· ἔτι δὲ εἰση αὐτίκα μάλα παρ' αὐτῷ πόσον μὲν ὁ κώνωψ βιοῖ τὸν χρόνον, ἐφ' ἕσον δὲ βάθος ἡ θάλασσα ὑπὸ τῷ ἡλίῳ παταλάμπεται, καὶ ὅποια τις ἐσὶν ἡ ψυχὴ τῶν ὄσρεων. ΑΓΟ. Ἡράκλεις, τῆς ἀπριβολογίας. ΕΡΜ. Τί δὲ, εἰ ἀκάστοις ἂλλα πολλὰ τέτων ὀξυδερισσέρα, γονῆς τε πέρι καὶ γενέσεως, καὶ τῆς ἐν ταῖς μήτραις τῶν ἐμβρύων πλασιᾶς; καὶ ὡς ἀνθρώπος μὲν γελασικὸν, ὄνος δὲ οὐ γελασικὸν, σύδε τεκταινόμενον, οὐδὲ πλωϊζόμενον; ΑΓΟ. Πάνσεμνα φῆς, καὶ ὄνησιφόρα τὰ μαθήματα· ὡςε ὠνάζουμα αὐτὸν εἴνοσιν.

ΕΡΜ.

o bone, videtur enim et ipse argenti aliquantum habere. Itaque non est, cur cesses emere. Porro statim ex illo scies, quanto tempore culex viuat? Ad quam altitudinem mare a sole perluceat? et qualis sit anima ostreorum? E M T. Hercules! quam subtilis illa disputatio. M E R C. Quid vero alia multa si audias hisce acutiora, de semine, et generatione, et illa embryonum in vteris figlina: et vt homo sit animal risibile, asinus autem non risibile, neque fabricans, neque nauigans. E M T. Grauissima narras, et vtilia plane huins disciplinae capita: itaque emam illum viginti.

ΕΡΜ. Εἰεν. τίς λοιπὸς ἡμῖν καταλέιπται; ὁ Σκεπτικὸς ἔτος σὺ, ὁ Πυρρίας 18), πρόσθι, καὶ ἀποκηρύττε κατὰ τάχος. ἥδη μὲν ὑπορρέεσσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ἐν ὅλοις ἡ πράσις ἔσαι. ὅμως δὲ, τίς καὶ τέτον ὀνεῖται; ΑΓΟ. Ἐγωγε. ἀλλ' ἐν πρῶτον εἰπέ μοι, σὺ τί ἐπίστασαι; ΦΙΛ. Οὐδέν. ΑΓΟ. Πῶς τέτ' ἐΦησθα; ΦΙΛ. "Οτι ἔδειν ὅλως εἶναι μοι δοκεῖ. ΑΓΟ. Οὐδὲς ἡμεῖς ἄρα ἐσμὲν τινές; ΦΙΛ. Οὐδὲ τέτο οἴδα. ΑΓΟ. Οὐδ' ἔτι σὺ τίς ᾧ τυγχάνεις; ΦΙΛ. Πολὺ μᾶλλον ἔτι τέτ' ἀγνοῶ. ΑΓΟ.

27. MERC. Fiat. Quis reliquus nobis est? Scepticus hicce. Heus tu Pyrrhia prodi, vendende celeriter. Iam enim plures paullatim recedunt, vt inter paucos futura sit venditio. Attamen quis et hunc emet? EMT. Ego. Verum hoc tu primum dic mihi, quid nosti? PHIL. Nihil equidem. EMT. Quid tibi vis hoc responso? PHIL. Nempe nihil omnino mihi esse videtur. EMT. Ergo neque nos quidquam sumus? PHIL. Neque hoc noui equidem. EMT. Neque te aliquid esse nosti? PHIL. Etiam multo hoc magis ignoro. EMT.

18. Πυρρίας] Seruauii Graecum nomen, quod seruile alioquin est, et *rufum* significat: ne periret, quem subesse putabam ad *Pyrrhanis* nomen, respectus. *Gesuer.*

ΑΓΟ. Ω τῆς ἀπορίας. τί δαί σοι τὰ σάθμια  
ταυτὶ βάλεται; ΦΙΛ. Ζυγοσατῶ ἐν αὐτοῖς τὸς  
λόγους, καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀπευθύνω. καὶ ἐπει-  
δὴν ἀηριζώς ὁμοίας τε οὐκ ἰσοβαρεῖς ἵδω, τό-  
τε δὴ ἀγνοῶ τὸν ἀληθέσερον. ΑΓΟ. Τῶν  
ἄλλων δὲ τί ἀν πράττοις ἔρμελῶς; ΦΙΛ. Τὰ  
πάντα, πλὴν δραπέτην μεταδιώκειν. ΑΓΟ.  
Τί δαί τετό σοι ἀδύνατον; ΦΙΛ. "Οτι, ὡ  
γιθὲ, ἐκ παταλαμβάνω 19). ΑΓΟ. Εἰνό-  
τως· Βραδὺς γὰρ, καὶ υωθής τις εἶναι δοκεῖ.  
ἄλλα

EMT. Quanta haec est dubitatio! Ista vero bi-  
lanx quid sibi vult? PHIL. Rationes in ea ex-  
pendo, et exaequo, cumque ad amissim pares  
et eiusdem ponderis esse intelligo, tum demum  
vtra verior sit, plane ignoro. EMT. Reliqua-  
rum rerum num quid facere recte et ordine  
potes? PHIL. Omnia, nisi quod fugitiuum ma-  
le persequor. EMT. Cur vero hoc non potes?  
PHIL. Quia, vir bone, non comprehendo. EMT.  
Credibile est. tardus enim et ignarus esse videris.

V 4

Sed

19. Οὐ παταλαμβάνω ] Nimisum παταλαμ-  
βάνειν ad intellectus facultatem creberrime  
referunt Sceptici cum Academia, negant-  
que aliquid a se comprehendendi, h. e. plene  
et sine oppositi formidine cognosci. Haec  
est ἀπαταληψία illa nobilis, in qua more  
suo nugatur noster. Gesner.

ἀλλὰ τί σοι τὸ τέλος τῆς ἐπισάσσεως; ΦΙΛ. Ἡ ἀμαθίx, καὶ τὸ μήτε ἀκούειν μήτε ὄραν-  
ΑΓΟ. Οὐκὲν καὶ κωφὸς ἄμα, καὶ τυφλὸς  
εἶναι λέγεις; ΦΙΑ. Καὶ ἀκριτός γε προσέτι,  
καὶ ἀναισθητος, καὶ ὅλως, τῷ σκώληκος ὡδὲν  
διαφέρων. ΑΓΟ. Ὁμητέος εἰ διὸ ταῦτα  
πόσσα τῶτον ἄξιον χρὴ Φάγαι; ΕΡΜ. Λίτας  
Ἄττικῆς. ΑΓΟ. Λαμβάνε. τί Φῆς, ἢ ἔτος,  
ἐπριάμην σε; ΦΙΛ. Ἀδηλον. ΑΓΟ. Μηδε-  
μῶς. ἐώνυμαι γὰρ, καὶ τἀργύριον κατέβιβλον.  
ΦΙΛ. Ἐπέχω περὶ τέττα, καὶ διασκέπτομαι.  
ΑΓΟ. Καὶ μήν ἀκολέθει μοι, καθάπερ χρὴ  
ἔμὸν οἰκέτην. ΦΙΛ. Τίς οἶδεν, εἰ ἀληθῆ ταῦ-  
τα Φῆς; ΑΓΟ. Ὁ κῆρυξ, καὶ ἡ μνᾶ, καὶ οἱ  
παρο-

Sed quis finis tibi scientiae est? PHIL. Nihil  
discere, et nihil audire, nihil videre. EMT.  
Surdum igitur simul et caecum esse dicis te  
ipsum. PHIL. Et insuper iudicii omnis exper-  
tem, et sensus, et summum a verme nulla in  
re differentem. EMT. Propter haec emendus  
mihi videris. Quanto hunc dignum dicemus?  
MERC. Mina Attica. EMT. Sume tibi. Heus tu  
quid ais? num te emi? PHIL. Obscurum id est.  
EMT. Minime vero, emi ehim et pecuniam  
numerai. PHIL. Cohibeo me hac de re, et  
dispicio. EMT. Quin tu sequere me, ut par  
est meum seruum. PHIL. Quis nouit utrum ve-  
re illa dicas? EMT. Praeco, et mina, et  
praesen-

παρόντες. ΦΙΛ. Πάρεισι γὰρ ἡμῖν τίνες; ΑΓΟ. 'Αλλ' ἔγωγέ σε ἡδη ἐμβολῶν ἐς τὸν μύλωνα πείσω εἶναι δεσπότης κατὰ τὸν χείρω λόγου 20). ΦΙΛ. 'Επέχω περὶ τότε. ΑΓΟ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἡδη γε ἀπεΦηγάμην. ΕΡΜ. Σὺ μὲν παῦσαι ἀντιτείνων, καὶ ἀκολέθει τῷ πριαμένῳ ὑμᾶς δ' ἐς αὐτοὺς παρακλήσειν. ἀποηρύξειν γὰρ τὰς ιδιώτας, καὶ βαναύσεις, καὶ αγοραίας βίες μέλλομεν.

praesentes. PHIL. Adfunt ergo "nobis quidam? EMT. At ego tibi iam in pistrinum compacto planum faciam, dominum me tuum esse, secundum rationem deteriorem. PHIL. De hoc cohibeo adsensum. EMT. At ego quid videatur pronunciaui. MER. Define contraniti, et sequere emtorem, vos autem in crastinum inuitamus. Nam idiotas, et sellularias, et forenses vitas praetorius vendemus.

20. Τὸν χείρω λόγον] Κρείττω λόγος est, quum verborum industria s. sophismatibus, causa infirmior sit fortior: ἡττώ autem vel χείρω λόγος, eius, qui vincitur, etiam si causam iustum habeat. Reiz.

ΑΛΙΕΥΣ, ή Ἀγαθιζούτες.

**SOCR.** Βάλλε, βάλλε τὸν κατάρατον τοῖς ἀφθόνοις λίθοις· ἐπίβαλλε τῶν βάλλων. προσεπίβαλλε καὶ τῶν ὀσράκων· παῖς τοῖς ξύλοις τὸν ἀλιτήριον· ὅρα μὴ διαφύγῃ· καὶ σὺ, ὦ Πλάτων, βάλλε. καὶ σὺ, ὦ Χρυσιππε, καὶ σύ. πάντες ἂμα ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν,

Ως πήρη πήρη Φίν αξέγη, βάντρα δὲ βάντραις.  
κοινὸς γὰρ πολέμιος, καὶ ἐκ ἔσιν ὃν τινα ἡμῶν  
ἀχ ψῆφισε. σὺ δὲ, ὦ Διόγενες, εἴ ποτε ἄλλοτε,  
χρῶ τῷ ξύλῳ, μηδὲ ἀνῆς· διδότω τὴν  
ἀξίαν,

Piscator, vel Reuiuiscentes.

**SOCR.** Feri, feri execrabilem saxis copiosissimi-  
mis: adiice glebas: insuper adiice te-  
stas. Pulsa baculis impium, vide ne effugiat.  
Et tu, Plato, feri, et tu, Chrysippe, et tu.  
Omnes simul facta testudine in illum irruamus,

*Vt baculis baculus firmetur, peraque peris.*

Communis enim hic hostis est, neque quisquam  
nostrum, quem contumelia non adfecerit. Tu  
vero Diogenes, si vnuquam alias, claua nunc  
vttere; nec remitte quidquam. Iam dignas ma-  
ledice

ἀξίαν, ΘλάσΦημος ὦν. τί τέτο; κεκρίκατε,  
ὦ Ἐπίνερε καὶ Ἀρίστιππε; καὶ μὴν τὸν ἔχον.  
Ἐξὲ σοφοῖ; μηδέσασθε δὲ θάριδος ὀργῆς.

Ἀριστότελες, ἐπισπέδασσον ἔτι θᾶσσον. κα-  
λῶς ἔχει· ἐλώνε τὸ θηρίον· εἰλήΦαμέν σε,  
ὦ μιαρέ. εἴσῃ γὰν αὐτίκα, τὸν τινας ὄντας ἡμᾶς  
ἐκακηγόρεις. τῷ τρόπῳ δέ τις αὐτὸν καὶ μετ-  
έλθοι; ποιίλον γάρ τινα ἐπινοῶμεν θάρι-  
τον κατ' αὐτῷ, πᾶσιν ἡμῖν ἔξαρισται δυνάμε-  
νον· καθ' ἔκαστον ἑπτάκις γὰν δίκαιος ἐσιν ἡμῖν  
ἀπολωλέναν. ΠΛΑΤ. Εμοὶ μὲν, ἀνεσκολο-  
πίσθαι δικεῖ αὐτὸν, νὴ Δία, μαστιγωθέντα γε  
πρότερον. τὰς ὀφθαλμὰς ἐπικείφθω, τὴν  
γλῶτταν αὐτὴν ἐπιπολὺ πρότερον ἀποτετμή-  
σθω.

Iedico illo ore poenas luat. Quid hoc? fessine  
estis, Epicure et Aristippe. Certe non dece-  
bat. Sapientes estote, iam

*In peccatis vobis calidae vetus impetus irae redeat.*

2. Aristoteles, magis accelerat! Bene habet.  
Capta est bestia. Cepimus te impure. Mox  
igitur scies, quibus viris maledixeris. Quo ve-  
ro modo illum tractabimus? Variam enim con-  
tra ipsum mortem excogitemus, quae sufficere  
nobis omnibus possit: dignus enim est, qui se-  
pties unicum nostrum pereat. ΠΛΑΤ. Ego  
censeo flagellis caesum palo figi, oculos illi  
effodi, linguam ipsam multo prius praecidi;  
tibi

φθω. σοὶ δὲ τί Ἐμπεδόκλεις, δοκεῖ; ΕΜΠ. Ἐς τὰς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτὸν, ως μάχοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοις. ΠΛΑΤ. Καὶ μήν ἄριστον ἦν παθάπερ τινὰ Πενθέα, ή Ὀρφέα, λακισὸν ἐν πέτραισιν εύρεσθαι μόραν, ἥπα ἀν καὶ τὸ μέρος αὐτῷ ἔκαστος ἔχων, ἀπαλλάσσοιτο.

ΛΟΤΚ. Μηδαμῆς ἀλλὰ πρὸς ίκεσίς Φεβ-  
σασθέ μα. ΣΩΚ. "Ἄριστον" εἰν ἀν ἀΦεθείης ἔτι.  
ὅρῶς δὲ δὴ καὶ τὸν "Ομηρον ἢ λέγεις, ως

Οὐκ ἔσι λέγει καὶ ἀνδράσιν ὅρμα πισά;

ΛΟΤΚ. Καὶ μήν καθ' "Ομηρον" ὑμᾶς καὶ αὐ-  
τὸς ίκετεύσω. αἰδέσσεσθε γὰρ ἵσως τὰ ἔπη, καὶ  
ἢ παρόψεσθε ῥαψῳδήσαντά με.

Zo-

tibi quid videtur Empedocles? E M P. In cra-  
tetes deiici Aetnae, ut discat non maledicere  
melioribus. P L A T. Quin optimum fuerit,  
eum instar Penthei alicuius aut Orphei, lace-  
runt inuenire fatum per petras, ut etiam par-  
tem illius habens quisque discedat.

3. L V C. Minime vero: sed per Iouem sup-  
plicum praesidem mihi parcite. S O C R. Decre-  
tum est. Non amplius potes dimitti. Vides ve-  
ro quid Homerus dicat,

*Numquam foedera fida leonibus atque viris sunt.*

L V C. Verumtamen ex Homero et ego vobis  
supplicabo: reuerebimini forte versus, neque  
adsperrabimini consuentem carmina.

Quem

Ζωγρεῖτ' οὐ ναυὸν ἄνδρα, ναὶ ἄξια δέχθε  
ἀποινα,

Χαλκὸν τε, χρυσόν τε, τὰ δὴ Φιλέουσι σο-  
Φοί περ.

ΠΛΑΤ. Ἄλλ' ἐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ  
Ομηριῆς ἀντιλογίας. ἄκες δὴ,

Μή δή μοι Φύξιν γε κακηγόρε βάλλεο θυμῷ,

Χρυσόν περ λεῖξας, ἐπεὶ ἵνεο χεῖρας ἐς ἀμᾶς.

ΛΟΤΚ. Οἴμοι τῶν ναυῶν. ὁ μὲν Ομηρος  
ἡμῖν ἀπρακτος, ἡ μεγίση ἐλπίς. ἐπὶ τὸν Εὐ-  
ριπίδην δὴ μοι παταφευκτέον· τάχα γὰρ ἀν-  
έκεινος σώσειέ με.

Μὴ ιτεῖναι τὸν ἴκετην· ό γάρ θέμις ιτανεῖν.

ΠΛΑΤ. Τέ δὲ οὐχὶ νάκεινα Εὐριπίδα ἐσίν,  
Οὐ

*Quem capitis bonus est donis redimendus opimis,  
Aere, auro: nec enim sapientes munera spernunt.*

ΠΛΑΤ. Sed neque nobis deerit Homericā re-  
sponsio: audi modo,

*Nē meditare fugam, blasphemā, barbare, lingua,  
Ostentans aurum, postquam mea praeda fuiſti.*

ΛΒC. Vae mihi, Homerus destituit, spes no-  
stra maxima: ad Euripidem nempe confugien-  
dum: forte ille me seruauerit.

*Ne caede supplicem; quem ius vetat mori.*

ΠΛΑΤ. Quid vero? Nonne et illa sunt Eu-  
ripidea,

Οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τὰς εἰργασμένας;

ΛΟΤΚ. Νῦν ἐν ἔκατι ἀρημάτων κτείνετε με;

ΠΛΑΤ. Νὴ Δία. Φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτὸς,

Ἄχαλίνων σομάτων ἀνόμε τ' ἀφροσύνας,  
τὸ τέλος δυσυχία.

ΛΟΤΚ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ δεδοιται πάντως  
ἀποκτιννύναι, καὶ ἀδεμία μηχανὴ τῇ διαφυ-  
γεῖν με, Φέρετε, τότο γέν εἴπατέ μοι, οἱ τι-  
νες ὅντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεσον πρὸς ἡμῶν  
ἀνήκεσα ὀξγίζεσθε, καὶ ἐπὶ θανάτῳ συνειλή-  
Φατέ με; ΠΛΑΤ. "Α τινα μὲν εἰργασμα ἡμᾶς  
τὰ δεινὰ, σεκυτὸν ἐρώτα ω κάκισε, καὶ τὰς  
καλὰς ἐκείνας σε λόγας, ἐν οἷς Φιλοσοφίαν τε  
αὐτὴν

*Haud digna ferre, indigna qui patrauerit.*

L V C. *Sic verba propter ergo nos occiditis?*

PLAT. *Sic per Iouein.* Ait enim idem ille,

*Effrenis oris et stuporis impii solet esse finis in-  
fortunium.*

4 L V C. Igitur cum stat sententia, omnino  
interficere me, neculla arte licet mihi effuge-  
re, agite, hoc mihi dicite, qui sitis, aut quam  
immedicablem a me iniuriam passi sine ullo re-  
medio mihi irascamini, et supplicii cauſia me  
comprehenderitis. PLAT. Quibus nos iniuriis  
adfeceris, ipsum te, scelus, interroga, et praec-  
claros illos tuos libros, in quibus et Philosophiae  
ipſi

αὐτὴν, καὶ τὸ ἡγόρευες, καὶ ἐσθιάσαις ὑβρίζεις,  
ῶσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων σοφὸς ἄνδρας·  
καὶ τὸ μέγιστον, ἐλευθέρας. ἐφ' οἷς ἀγαπατή-  
σαντες ἀνεληλύθαμεν ἐπὶ σὲ, παραιτησάμενος  
πρὸς ὀλίγον τὸν Αἰδωνέα, Χρύσιππος ἔτοσι,  
καὶ Ἐπίκρος, καὶ Πλάτων ἐγώ, καὶ Ἀρισ-  
τέλης ἐκεῖνος, καὶ ὁ σιωπῶν ἔτος Πυθαγόρας,  
καὶ Διογένης, καὶ ἄπαντες, ὅποσας διέσυρες  
ἐν τοῖς λόγοις.

ΛΟΤΚ. Ἀνέπινευσα· ό γὰρ ἀποκτείνετε  
με, εἰ μάθετε ὃ ποῖος ἐγὼ περὶ ὑμᾶς ἔγενόμην·  
ώσετε ἀπορρίψατε τὰς λίθους, μᾶλλον δὲ Φυλάτ-  
τετε. χρήσεσθε γὰρ αὐτοῖς κατὰ τῶν ἀξίων.  
ΠΛΑΤ. Ληρεῖς. σὲ δὴ χρὴ τῆμερον ἀπολωλέ-

γαγ.

ipſi maledixisti, et contumelia nos adfecisti,  
tamquam in foro vendens praeconio viros fa-  
pientes, et, quod maximum, liberos. Propter  
haec indignati, contra te ab inferis huc veni-  
mus, commeatu breui a Plutone impetrato,  
Chryſippus hic, et Epicurus, et ego Plato, et  
Aristoteles ille, et hic tacitus Pythagoras, et  
Diogenes, et omnes, quos in libris tuis lacerasti.

5. LVC. Respiravi. Nec enim interficietis  
me, vbi cognoveritis, qualem erga vos me  
praebuerim. Itaque abiicite lapides. quin fer-  
uare potius: vt emini enim iis contra dignos.  
PLAT. Nugaris: hodie enim periisse te oportet.  
Quin

ναὶ. καὶ ἥδη γε Λάϊνον ἔσσο χιτῶνα κακῶν ἐνεχόσσα εὑργας. ΛΟΤΚ. Καὶ μὴν ὡς ἄρισοι, ὃν ἔχρην μόνον ἐξ ἀπάντων ἐπαινεῖν, οἵτεισιν τέ ύμιν ὅντα, καὶ εὕγουν, καὶ ὁμογνώμονα, καὶ, εἰ μὴ Φορτιὸν εἰπεῖν, ηθεμόνα τῶν ἐπιτηδευμάτων, εῦ ἵσε, ἀποκτενθετες; ἣν ἐμὲ ἀποκτείνητε, τοσαῦτα ὑπὲρ ύμῶν πεπονημότα. ὀρᾶτε γοῦν μὴ τὸ τῶν τοῦ Φιλοσόφων αὐτὸ ποιῆτε, ἀχάρισοι, καὶ ὀργίλοι, καὶ ἀγνώμονες Φαινόμενοι πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην. ΠΛΑΤ. Ω τῆς ἀναισχυντίας. καὶ χάριν σοι τῆς κακηγορίας προσοφείλομεν; οὕτως ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι; ἢ καὶ εὐεργεσίαν καταλο-

*Quin saxeū adeſt toga tantorum ſibi poena malorum.* LV C. Enimuero ſcitote, viri optimi, me ſi interficiatis, quem vnum omnium laudare oportebat, familiarem vſtrum et beneuelum, et earumdem ſententiarum, et niſi dictu graue eſt, vſtrorum ſtudiorum curatorem quendam tutoremque, qui tantum pro vobis laboris fuſceperim. Videte igitur, ne idem faciatis, quod qui nunc ſunt Philosophi, ingratique, iracundi, et parum officii memores videa mini aduersus virum bene de vobis meritum. P L A T. Impudentiam hominis videte! Inſuper gratiam tibi maledicentiae illius cauſa debemus? vsque adeone cum mancipiis te putas diſputare veris? etiamne in beneficio nobis

καταλογιῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὕβρει καὶ παρονίᾳ τῶν λόγων.

ΛΟΤΚ. Πᾶ γὰρ ἔγώ ὑμᾶς, οὐ πότε ὕβρικα; δις αὖ Φιλοσοφίαν τε θαυμάζων διατετέλεναι, καὶ ὑμᾶς αὐτὸς ὑπερεπινῶν, καὶ τοῖς λόγοις, οὓς καταλελοίπατε ὄμιλῶν; αὐτὰ γένεντες Φημιαῖα, πόθεν ἄλλοθεν οὐ παρ' ὑμῶν παραλαβὼν, καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδεινυμαὶ τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζεταιν ἐκάξει τὸ ἀνθος, ὅθεν, καὶ παρ' ὅτε, καὶ ὅπως ἀγελεξάμην, καὶ λόγω μὲν ἐμὲ ζηλεῖται τῆς ἀνθελογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὑμᾶς, καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἵ τοι αὐταὶ εἰχοῦσιν τοιαῦτα, καὶ πολυειδῆ τὰς βαθαῖς, εἴ

τις

bis imputabis contumeliam tantam; et ebriam verborum in nos petulantiam?

6. LVC. Vbi ergo vos ego aut quando affeci contumelia? qui semper ita vixerim, philosophiani ut admirarer, et vos ipsos laudibus tollerem, et in libris quos reliquistis, versarer. Haec enim ipsa quae dico, unde alias, quam a vobis sumens, et apum instar delibans flores vestros, ostendo hominibus? at illi laudant, et florē vnumquemque agnoscunt, unde et a quo, et quomodo legerim: et verbis quidem me se-stantur propter florū legendorum solertiā, re autem ipsa vos et vestrum illud pratū, qui tales prætuleritis, tam variis specie et coloribus;

τις ἀναλέξασθαι γε αὐτὰ ἐπίσαιτο, καὶ ἀνα-  
πλέξασθαι, καὶ ἀρμόσασθαι, ώς μὴ ἀπάδειν  
θάτερον θατέρῳ. ἐσθ' ὅσις ἐν ταῦτα εὖ πε-  
πονθὼς παρ' ὑμῶν, κακῶς ἀν εἰπεῖν ἐπιχειρή-  
σειν εὐεργέτας ἄνδρας, αὐτὸς δὲ ὡν εἶναί τις ἔδο-  
ξεν; ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν, ητὸν Εὐ-  
ρυτον εἴη τὴν Φύσιν, ως ταῖς Μέσαις ἀντάδειν,  
παρ' ὧν εἰληφε τὴν ὠδὴν, ητῷ Ἀπόλλωνι ἐρι-  
δαίνειν, ἐναντία τοξεύων, καὶ ταῦτα, δοτῆρε  
οὗτι τῆς τοξικῆς.

ΠΛΑΤ. Τέτο μὲν ὁ γενναιός, κατὰ τὰς ἥ-  
τορας εἰρηταί σοι ἐναντιώτατον γένη ἔσι τῷ  
πράγματι, καὶ χαλεπωτέραν τοι εἰπείκινυσε  
τὴν τόλμαν, εἴγε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαρισίᾳ πρόσ-  
εσιν,

si quidem legere illos sciat aliquis et neclere et  
concinnare, ne alter ab altero dissideat. Estne igitur  
qui his bonis vestris usus, male audeat dice-  
re viris bene de se meritis, a quibus hoc habet, ut  
esse aliquis videatur? Nisi forte eo sit ingenio, quo  
Thamyris quondam aut Eurytus, ut occinat ipsis  
Mufis, a quibus canendi artem acceperit, aut  
cum Apolline contendat, iaculari auls contra  
ipsum muneris huius et artis sagittandi auctorem.

6. PLAT. Ista quidem, vir fortis, ex rhe-  
torum arte declamasti, maxime enim rebus  
ipsis sunt contraria, et eo importuniorem  
ostendunt audaciam tuam, quandoquidem in-  
iuriae huic ingratus etiam animus accedit, qui  
aceperis

εσιν, ὃς παρὸς ἡμῶν τὰ τοξεύματα ὡς Φῆς λα-  
βὼν, καθ' ἡμῶν ἐτόξευες, ἐνχ τάτον ὑποθέ-  
μενος τὸν σκοπὸν, ἀπαντας ἡμᾶς ἀγορεύειν κα-  
κῶς· τοιαῦτα παρὸς σὲ ἀπειλήφαμεν, αὐτὸς  
ῶν σοι τὸν λειμῶνα ἐκεῖνον ἀναπτετάσαντες, όπι-  
έκωλύομεν δρέπεσθαι, καὶ τὸ προκέλπιον ἐμ-  
πλησάμενον ἀπελθεῖν· ὥσε διάγε τάτο μάλι-  
στα δίκαιος ἀν εἴης ἀποθανεῖν.

ΛΟΤΚ. Ὁρᾶτε· πρὸς ὁργὴν ἀκέτε, καὶ  
ἀδὲν τῶν δικαίων προσίεσθε. καίτοι ἐκ ἀντί-  
θην ποτὲ ὡς ὁργὴ Πλάτωνος, ἡ Χρυσίππα, ἡ  
Ἀριστοτέλες, ἡ τῶν ἄλλων ὑμῶν καθίκοιτο ἀν.  
ἄλλα μοι ἐδοκεῖτε μόνοι δὴ, πόρρω εἶναν τοῦ  
τοιά-

acceptis a nobis, quod fatere, telis, contra nos  
iaculatus sis, hoc vno tibi scopo proposito, de  
omnibus nobis male vti diceres. Itaec a te  
praemia habemus, quod aperto tibi illo prato  
nostro, non prohibuimus, quo minus meteres,  
et pleno sinu abires. Itaque vel propter ipsum  
hoc mori dignus eras.

8. LVC. Videte, irae auscultatis, neque iu-  
stum quidquam admittitis: quamquam non pu-  
tabam fieri vnquam posse, vt ad Platonem, ad  
Chrysippum, aut Aristotelem, aut ad aliuni  
quemquam vestrum ira perueniat; verum soli  
vos ab eiusmodi rebus videbaminis esse remotissi-

τοιάτα. πλὴν ἀλλὰ μὴ ἄκριτόν γε ὁ θαυμάσιος, μηδὲ πρὸ δίκης ἀποκτείνητέ με. ὑμέτερον γάνη καὶ τότο ἦν, μὴ Βίᾳ, μηδὲ κατὰ τὸ ἴσχυρότερον πελιτεύεσθαι, δίκη δὲ τὰ διάφαρα διαλύεσθαι διδόντας λόγους, καὶ δεχομένας ἐν τῷ μέρει· ὡςε δικασῆν ἐλόμενοι κατηγορήσατε μὲν ὑμεῖς ἡ ἄμα πάντες, ἢ ὅν τινα ἂν χειροτονήσητε ὑπὲρ ἀπάντων. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. καῦτα εἰ μέν τι ἀδικῶν Φαίνωμαι, καὶ τότο περὶ ἐμὲ γνῶ τὸ δικαστήριον, ὑΦεξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. ὑμεῖς δὲ Βίουσιν οὐδὲν τολμήσετε. ἦν δὲ τὰς εὐθύνας ὑποσχών, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος εὑρίσκωμαι, ἀφῆσονσι μὲν οἱ δικασαί· ὑμεῖς δὲ, εἰς

mi. Sed quidquid sit, certe non indemnatum, viri admirabiles, nec ante iudicium me occideritis. Vestrum enim quoque hoc fuerit, non vi, nec prout quis robustior est, rem gerere, sed iure lites dirimi, redditis iniucem auditisque rationibus. Itaque iudice capto accusate me vos aut simul omnes, aut quemcunque pro vniuersis dictorum suffragiis vestris elegeritis: ego vero criminibus respondebo. Si deinde pareat, me fecisse iniuriam, idque de me statuerit iudicium, sustinebo nimirum iustum poenam, vos vero nihil per vim audebitis. Si vero, cognitione facta, purus vobis et reprehensione indignus inueniar, absolucent me scilicet iudices, vos

εἰς τὰς ἔξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ πάροξύναντας  
καθ' ἡμῶν τὴν ὁργὴν τρέψετε.

ΠΛΑΤ. Τότε ἐνεῖνο, ἐς πεδίον τὸν ἵππον,  
ως πάραιργσάμενος τὰς δικασίας, ἀπέλθοις.  
Φασὶ γὲν ἕτορά σε, καὶ δικανικόν τινα εἶναι,  
καὶ παντεργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικη-  
σήν ἐθέλεις γενέσθαι, ὃν τινα μὴ σὺ δωροδοκή-  
σάς, οἷα πολλὰ ποιεῖτε ἄδικα, πείσεις ὑπέρ σα  
Ψηφίσασθαι; ΛΟΤΚ. Θαρρεῖτε τάταγε ἐνε-  
κα· ξδένα τοιχτὸν διαιτητὴν ὅποπτον, ἡ ἀμ-  
φίβολον ἀξιώσαιμ' ἀν γενέσθαι, καὶ ὅσις ἀπο-  
δώσεται μοι τὴν ψῆφον. ὀράτε γέν, τὴν Φι-  
λοσοφίαν αὐτὴν μεθ' ὑμῶν ποιεῖμα δικάσσαιν  
ἔγωγε.

verò in eos iram vertetis, qui deceperunt vos,  
et contra nos incitarunt.

9. PLAT. Hoe vero illud fuerit, *Equum in campum*, vt tu impulsis in fraudem iudicibus  
abeas. Aiunt enim te rhetorem esse et causi-  
dicum et versutum in dicendo veteratorem.  
Quem vero iudicem vis fieri, quem tu non  
muneribus corruptum, vt multa iniuste faci-  
tis, inducas, vt secundum te ferat senten-  
tiā. LVC. Hac quidem cura vos libero:  
suspectum id genus iudicem, aut ambiguū,  
quique calculum mihi suum vendat, esse ve-  
sim neminem. Videte enim, ipsam vobis-  
cum Philosophiam iudicem vobis ipse fero.

ἔγωγε. ΠΛΑΤ. Καὶ τίς ἂν κατηγορήσειεν, εἴγε ἡμεῖς δικάσομεν; ΛΟΤΚ. Οἱ αὐτοὶ κατηγορεῖτε, καὶ δικάζετε· χόδὲν χόδὲ τὸτο δέδια. τοσῶτον ὑπερφέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ἐπιχείριας ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω.

ΠΛΑΤ. Τί ποιέμεν ὁ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔσικε γάρ ἀνὴρ ἐπὶ ἄλογα προιχεῖσθαι, δικάζεσθαι ἀξιῶν. ΣΩΚ. Τί δὲ ἄλλο, οὐ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, καὶ τὴν Φιλοσοφίκην παραλαβόντες, ἀκέσωμεν ὅ, τι καὶ ἀπολογήσεται. τὸ πρὸ δίκης γάρ ἔχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἴδιωτικὸν, ὄργιλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθέμενων. παρέξομεν γὰν ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλεισι,

κατα-

PLAT. Quis igitur accuset, siquidem nos iudicaturi sumus. LVC. Vos iidem et accusate et iudicate. Neque hoc quidquam metuo; tantum iustitia caussae supero, et ex abundantia caussam me dicturum confido.

10. PLAT. Quid agimus, Pythagora et Socrates? videtur enim vir non praeter rationem prouocare, dum iudicari postulat. SOCR. Quid vero aliud, quam eamus ad tribunal, et adsumpta Philosophia audiamus, quid causae dicturus sit. Indicta enim caussa damnare nostrum non est, sed yalde idioticum, iracundorum hominum, et ius in manu ponentium. Praebebimus enim occasiones volentibus male de nobis dicere, si in-

καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον  
ὑπὲρ ἔαυτοῦ. καὶ ταῦτα, δικαιοσύνη χαίρειν  
αὐτοὶ λέγοντες. ή τί ἀν εἴποιμεν Ἀνύτε καὶ  
Μελίτε πέρι, τῶν ἐμῷ κατηγορησάντων, ἢ  
τῶν τότε δικαῖων, εἰ ὅτος τεθνήξεται, μηδὲ  
τοπαράπτων ὑδάτος I) μεταλαβών; ΠΛΑΤ.  
"Ἄριστα παρεινεῖς ὡς Σώφρατες· ὥσε ἀπίστου  
ἔπι τὴν Φιλοσοφίαν. η δέ, δικασάτω, καὶ  
ἀγαπήσομεν οἷς ἀν ἐνείνη διαγνῶ.

ΛΟΤΚ. Εὖγε ὡς σοφώτατοι, ἀμείνω ταῦ-  
τα, καὶ νομιμώτερα. τὰς μέντοι λίθας Φυ-  
λάττετε ὡς ἔΦην. δέησει γχρ αὐτῶν μικρὸν ὕστε-  
ρον

si indicta caussa virum lapidemus, idque homi-  
nes gaudere nos iustitia professi, aut de Anyto  
ac Melito quid dicemus, meis accusatoribus, aut  
de his, qui tum erant iudices, si hic ne aqua  
quidem attributa (*et clepsydra*) moriatur? PLAT.  
Optime mones, Socrates. Itaque abeamus ad  
Philosophiam. illa iudicet, et nos sententia il-  
lius slabimus.

II. L V C. Euge viri sapientissimi, meliora  
ista et magis legitima. Verum lapides ferua-  
te, vti dixi, opus enim paullo post illis erit

X 4

apud

I. "Τδάτος] Aquam alicui fundere, est ei lo-  
cum dare dicendi et causam suam agendi,  
ad aquae enim mensuram certam oratores  
dicebant et clepsydram. Adol. Vorst.

ρον ἐν τῷ διατηρίῳ. πᾶς δὲ τὴν Φιλοσοφίαν  
τῆς τις ἔν; καὶ γὰρ οἶδα ἐνθα σίκει. καίτοι  
πάντα πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν  
οἰκίαν, ὡς ξυγγενούμην αὐτῇ. εἴτε ἐιτυγχάνων  
ἄν τισι τριβώνια περιβεβλημένοις, καὶ πώγω-  
νας βαθεῖς καθειμένοις, παρ' αὐτῇς ἐκείνης ἥκειν  
Φάγκσιν, οἱόμενος εἰδέναι αὐτὸς, ἀνηρώτων.  
οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμῷ ἀγνοῶντες, η̄ ἢ οἵ ὅλως  
ἀπεκρίνοντά μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο ἐκ εἰδότες,  
η̄ ἀλλην θύραν ἀντ' ἀλλης ἀπεδείκνυον. Ξέπω  
γεν καὶ τήμερον ἔξευρεῖν δεδύνημα τὴν οἰκίαν.

Πολλάκις δὲ αὐτὸς εἰνάσας, η̄ ξεναγήσαντός  
τινος, ἦνον ἄν ἐπί τινας θύρας, βεβαιώς ἐλ-  
πίσας

apud tribunal. Vbi vero Philosophiam inueniat  
aliquis? nec enim ubi habitet, uouī, quam-  
quam longo tempore oberraui domo eius quaer-  
enda, ut illius consuetudine vterer. Deinde  
cum inciderem in quosdam palliolis amictos, et  
prolixas barbas submittentes, qui ab illa se ve-  
nire dicerent, putans hos scire, interrogabam.  
At illi, qui multo quam ego magis ignorarunt,  
aut plane non respondere mihi, ne ignorantiae  
suae conuincerentur, aut aliam pro alia ianuam  
mihi demonstrare. Itaque ad hodiernum diem  
nondum inuenire domum potui.

12. Saepe vero vel mea conjectura, vel ali-  
quo deducente ad ianuas quasdam delatus sum,  
firma

πίσας τότε γάν εύρηκέναι· τεκμιρόμενος τῷ πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἔξιόντων ἀπάντων σκυδρώπῳ, καὶ τὰ σχήματα εὐσάλῳ, καὶ Φροντισικῷ τὴν πρόσοψιν. μετὰ τέτων οὗτοι ξυμπαραθυσθεῖς, καὶ αὐτὸς ἐσῆλθον ἄν· εἴτα ἑώρων γύναιον τι ψήφιστοικὸν, εἰ καὶ ὅτι μάκισα ἐς τὰ ἀφελέες καὶ ἀπόσμητον ἐκυρήνεστεροῦ θυμικέν; ἀλλὰ κατεφάνη μοι αὐτίκα ψδὲ τὸ ἀφετον δοκεῖν τῆς κόμης ἀκαλλώπισον ἕωσα, ψδὲ τε ἴματίς τὴν ἀναβολὴν ἀνεπιτηδεύτως περιέλλεσα. πρόδηλος! δέ ἦν κοσμημένη αὐτοῖς καὶ πρὸς εὐπρέπειαν τῷ ἀθεραπεύτῳ δοκεῖντι προσχρωμένη. ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ φυμάθιον, καὶ

Φύκος,

firma cum spe tandem aliquando me inuenisse, idque colligebam ex multitudine intrantium et exeuntium, qui seueri omnes viderentur, habitu composito, et vultu acriorem cogitationem prae se ferente. Cum his igitur clanculum me inferciens et ipse intrabam. Deinde vidi mulierculam minime candidam, quantumuis ad simplicitatem quamdam cultus expertem se concinnaret. Sed mox mihi apparuit scilicet, eam neque coomas, quas negligenter solutas videri volebat, inornatas reliquisse, neque vestis amictum sine affectatione composuisse. Manifesto autem iis se rebus exornauerat, et ad decentiam assimilato illo cultus neglectu, vfa fuerat. Subluebat vero etiam aliquantum cerussas et fuci;

Φύιος, καὶ τὰ ῥῆματα πάνυ ἑταιρικά. καὶ ἐπαινεμένη ὑπὸ τῶν ἔραστῶν ἡς τὸνάλλος, ἔχασ-  
ρε. καὶ εἰ δοίη τις, προχείρως ἐδέχετο. καὶ  
τὰς πλασιωτέρας ἀν παρακαθισαμένη πλησίου,  
τὰς πένητας τῶν ἔραστῶν όδε προσέβλεπε. πολ-  
λάκις δὲ καὶ γυμνωθείσης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀνά-  
σιον, ἐώρων περιδέρχια χρυσᾶ, τῶν ἐγχέλεων  
παχύτερα. ταῦτα ίδων ἐπὶ πόδας αὖ εὐθὺς  
ἀνέσρεφον, οἰκτείρας δηλαδὴ τὰς κακοδαίμονας  
ἐκείνας ἐλμομένας πρὸς αὐτής, καὶ τῆς ῥινὸς, ἀλ-  
λὰ τὰ πώγωνος, καὶ κατὰ τὸν Ἰξίονα, εἰδώ-  
λῳ ἀντὶ τῆς "Ἡρας ξυνόντας.

ΠΛΑΤ. Τέτο μὲν ὄρθως ἐλέξας· ό γάρ πρό-  
δηλος όδε πᾶσι γνώριμος ή θύραι· πλὴν ἀλλ'  
οδεν

verbaque omnino meretricia; laudarique se ab  
amatoribus pulchritudinis nomine gaudebat, et,  
si quis quid daret, accipiebat cupide, et cum  
ditioribus prope adsideret, pauperes amatorum  
suorum ne respiciebat quidem. Saepe vero  
etiam si imprudens nudaretur, videbam moni-  
lia illius aurea anguillis crassiora. Haec videns  
mea per vestigia mox recessi, miseratus nem-  
pe infelices illos, qui se ab illa non naso qui-  
dem, sed barba duci paterentur, et Ixionis  
exemplo, inanem speciem amplectenterunt pro  
Iunone.

13. P L A T. Illud quidem reſte, neque enim  
in propatulo ianua, neque nota omniibus. Caete-  
rum

